

De his lineis animaduertes summas imasqz faciei partes. postea easdem perpendicularib: transeindes de quib: latitudo appareat.

Duas perpendiculares .a. b. adiunges vtrinqz transuersis propositis, quæ inter sese distent vna parte 10 Deinde hoc spatium diuides alijs perpendicularib: quatuor .c. d. e. f. equaliter. In medio .d. e. constitues sincipue intra transuersas .c. e. Postea nasum sic inscribes vt narium eminentia attingat vtrinqz .d. e. intra transuersas .f. g. Buccæ vero angulos adduces per transuersam .m. ad .d. e. interqz easdem et mentum figurabis. At oculos sic collocabis vt quatuor suis angulis pertingant ad .c. d. e. f. intra transuersas .f. g.


Post hæc diuides perpendiculares .a. c. et .f. b. duabus alijs perpendicularib: .g. h. p. medium. has duas lineas tanget vtrinqz summe genæ, per transuersam .f. Cæterum siniperilia desinent vtrinqz inter .g. c. et .f. h. sub transuersa .f. Proæterea diuides .a. g. et .h. b. per medium duab: item perpendicularib: .i. k. Atqz his separabit quasi apertum cequor frontis a radice capillorum vtrinqz inter transuersas .e. f. Porro tempora has vtrinqz lineas transcendent sic vt dimidium aurium contegatur et subducatur conspectui, intra transuersas .f. g. At aures affirmabis vtrasqz inter .a. i. et .k. b. et transuersas .f. g. ita vt supra excedant perpendiculares .a. b. infra tendant ad perpendiculares .i. k.

His omnib: perfectis lineamenta addes sic vt ubi summum caput transuersam e tangat intra perpendiculares .d. e. inde vtrinqz rotundetur .a. b. versus perpendiculares, et transuersam .h. indeqz ad aures iuxta transuersam .f. vtrinqz inter medias .a. i. et .k. b. Deinceps patenti frontem nec non maxillas duces per .g. h. perpendiculares et transuersam .m. ac mento concludes. Itemqz ab .m. transuersa collum deduces ad infimam transuersam .d. et latum faciei vna 15 vel paulo plus. Morz faciem, oculorum, nasi, buccæ menti et aliarum partium expressione congruenter insignies.

Postremo peruenies ad tertium quadrilaterum rectangulum, inqz illo describes auersum caput. Quod secundum descriptionem et ambitum linearum capitis aduersi exprimes, et verticem constitues loco suo quaqz infra parte caput rotundatur ibi apte et compositè in ceruicem collocabis.

Caput vero ista quam prescripsimus ratione effectum, proiecturus sic vt illius partium omnium circumductus et fines ac superficies per transuersas lineas appareant, veluti si caput cuius picturam demonstraui e cera forte fictum, per aliquam transuersarum linearum quæ indicate sunt, amputaretur, iam qualis huius amputationis planities futura esset, sciretur, quod quidem verbo sibi vstitato pictores hodie in fundamentum deprimi vocant. Hoc igitur aggressurus triangulo te instrues vt docebo, per quem, quoniam id quod est propositum, in aliud transferri mutariue poterit seruata proportionis rectitudine, placuit transferentem nominare. Hunc ita parabis. triangulum cuius vnus rectus sit angulus notabis, vt his numeris 1 2 3. Rectus autem omnino, vt dixi angulus vnus erit, vt usus quoquo versus esse possit, seu cequalia, siue inaequalia, longa vel breuia latera contineat. Huius trianguli latus vnum quodlibet, nihil enim refferet, punctis discernes, vt verbi gratia, in presentia, 4 5 6. Ex quibus cequedistantes lineas ad alterum trianguli latus deduces quib: similiter et ipsum diuidatur, ex cuius diuisionis nouis punctis duces alias ceque distantes in nondum diuisum latus reliquum, quo facto et illius similiter diuisio facta erit.

Ex hoc schemate multarum rerum discrimina proferre poteris, quod prius subiecitimus delineatum, quam quomodo ad capitis depressionem quam diximus, accomodari possit, docere aggredemur.



Schema transferentis.

Ad illam igitur depressionem sicut vocamus, hunc transferentem, sic accomodabis. Capitis tam obliqui qz aduersi supradicto modo confectas in suis quadrilateris formas propones, Dum ex quadrato obliqui capitis deduces lineas perpendiculares omnes .a. n. o. p. q. r. s. eo vsqz deorsum quo usus poscet. Similiter ex quadrilatero aduersi capitis deduces perpendiculares omnes .a. i. g. c. d. e. f. h. k. b. post hæc per omnes hoc pacto protractas lineas infra caput memoratorum formas, transuersam rectam lineam cequaliter duces, Quo facto notabis qua parte hæc transuersa linea secet perpendiculares .a. b. capitis aduersi et iuxta lineam .a. scribes .1. iuxta .b. 2. Deinde de nota .1. deorsum versus metieris spacium quantum aduersi capitis latitudo continet, inqz sine illius spacii ascribes .3. et .2. 3. obliqua id est hypotenusa linea iunges, et triangulum quem ego transferentem nominavi absolueris. Post hæc animaduertes vbi obliqua linea .2. 3. secet perpendiculares ex capitis aduersi figura protractas, eque illius sectionis punctis transuersas equedistantes duces per eas perpendiculares quæ sunt protracte ex capite obliquo, Quoqz in loco transuersa linea .2. 1. et linea .3. transibunt perpendiculares duorum laterum obliqui capitis .a. b. illis appones priori in loco notas .4. 5. posteriore vero .6. 7. Hoc erit quadrilaterum oblongum, in qua comprehendetur capitis, quam dixi, depressio.